

S. TOMMASO D'AQUINO

CATENA AUREA

Glossa continua super Evangelia

Volume 7

VANGELO SECONDO GIOVANNI

capitoli 9-21



S. Tommaso d'Aquino

Catena aurea

7. Vangelo secondo Giovanni (capitoli 9-21)

S. TOMMASO D'AQUINO

CATENA AUREA

Glossa continua super Evangelia

Volume 7

VANGELO SECONDO GIOVANNI

capitoli 9-21

Traduzione di ROBERTO COGGI



EDIZIONI STUDIO DOMENICANO

AVVERTENZA

Il testo latino riportato e tradotto è quello pubblicato dalla casa editrice Marietti (Torino-Roma 1953) a cura di Angelo Guarienti op, con qualche lieve correzione sulla base dell'edizione di Jean Nicolai op, pubblicata a Parigi nel 1657.

Per quanto riguarda le citazioni dei Padri bisogna tener presente che Tommaso cita i passi delle opere dei Padri talvolta letteralmente e talvolta "ad sensum", secondo il costume dei suoi tempi e come egli stesso ricorda nella Prefazione. In alcuni casi Tommaso, non conoscendo l'autore o l'opera, usa il termine *Graecus* o *Glossa*.

Nella nostra traduzione abbiamo conservato la suddivisione dei singoli capitoli del testo evangelico operata dal padre Guarienti, raggruppando i versetti secondo la materia trattata. La divisione viene proposta anzitutto nella trascrizione completa del testo evangelico all'inizio del capitolo e viene poi ripresa di volta in volta nel commento delle singole frazioni del testo.

Tutti i diritti sono riservati

© 2016 - Edizioni Studio Domenicano - www.edizionistudiodomenicano.it - Via dell'Osservanza 72, 40136 Bologna, 051 582034.

I diritti di traduzione, di memorizzazione elettronica, di riproduzione e di adattamento totale o parziale con qualsiasi mezzo, compresi i microfilm, le fotocopie e le scannerizzazioni, sono riservati per tutti i Paesi.

Le fotocopie per uso personale del lettore possono essere effettuate nei limiti del 15% del volume dietro pagamento alla SIAE del compenso previsto dall'art. 68, commi 4 e 5, della legge 22/04/1941, n. 633.

Le riproduzioni diverse da quelle sopra indicate, cioè le riproduzioni per uso non personale (a titolo esemplificativo: per uso commerciale, economico o professionale) e le riproduzioni che superano il limite del 15% del volume possono avvenire solo a seguito di specifica autorizzazione scritta rilasciata dall'Editore oppure da AIDRO, Corso di Porta Romana 108, 20122 Milano, segreteria@aidro.org

L'elaborazione dei testi, anche se curata con scrupolosa attenzione, non può comportare specifiche responsabilità per eventuali involontari errori o inesattezze.

CATENA AUREA

Glossa continua

super

Evangelium secundum Ioannes

CATENA AUREA

Glossa continua

sul

Vangelo secondo Giovanni

CAPUT 9

VERSUS 1-7

¹Et praeteriens vidit hominem caecum a nativitate. ²Et interrogaverunt eum discipuli sui: Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius ut caecus nasceretur? ³Respondit Iesus: Neque hic peccavit neque parentes eius; sed ut manifestentur opera Dei in illo. ⁴Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est; venit nox, quando nemo potest operari: ⁵quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. ⁶Haec cum dixisset, exruit in terram et fecit lutum ex sputo et linuit lutum super oculos eius ⁷et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloae, quod interpretatur missus. Abiit ergo et lavit et venit videns.

CHRYSOSTOMUS, *In Ioannem [hom. 55]: Quia Iudaei sermonum Christi altitudinem non susceperant, exiens de templo curavit caecum, sui absentia eorum furorem mitigans, et per operationem signi, eorum duritiam molliens, et de his quae dicta sunt a se, faciens fidem; unde dicitur «Et praeteriens Iesus, vidit hominem caecum a nativitate». Ubi considerandum, quod egrediens de templo, studiose venit ad opus sui manifestativum: ipse enim vidit caecum, non caecus ad eum accessit; et ita studiose respexit ut discipuli eius videntes eum studiose aspicientem interrogarent; sequitur enim «Et interrogaverunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccavit, hic, an parentes eius, ut caecus nasceretur?». AUGUSTINUS, *In Ioannem [tract. 44]: Rabbi magister est. Magistrum appellant, quia discere cupiebant: quaestionem quippe proposuerant Domino tamquam magistro. THEOPHYLACTUS: Videtur tamen haec quaestio peccare: neque enim susceperant Apostoli nugas gentilium, quoniam anima in alio saeculo vivens peccavit: sed diligenter intuiti non apparet simplex haec quaestio. CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Venerunt enim ad hanc interrogationem, quia prius paralyticum curans dixit (5,14): «Ecce sanus factus es: non ultra pecces». Illi igitur cogitantes quia propter peccata fuerat ille paralyti resolutus, quaerunt de isto si «hic» peccavit; quod non est dicere: A nativitate enim caecus «est»; «aut parentes eius»; sed neque hoc: Filius enim pro patre non sustinet poenam.**

CAPITOLO 9

VERSETTI 1-7

¹Passando vide un uomo cieco dalla nascita ²e i suoi discepoli lo interrogarono: «Rabbì, chi ha peccato, lui o i suoi genitori, perché egli nascesse cieco?». ³Rispose Gesù: «Né lui ha peccato né i suoi genitori, ma è così perché si manifestino in lui le opere di Dio. ⁴Devo compiere le opere di colui che mi ha mandato finché è giorno; viene la notte, quando nessuno può operare. ⁵Finché sono nel mondo, sono la luce del mondo». ⁶Detto questo, sputò per terra, fece del fango con la saliva, spalmò il fango sugli occhi del cieco ⁷e gli disse: «Va' a lavarti nella piscina di Siloe (che significa Inviato)». Quegli andò, si lavò e tornò che ci vedeva.

CRISOSTOMO: Poiché i Giudei non avevano colto l'altezza delle parole di Gesù, egli lasciò il tempio e guarì il cieco, cercando di mitigare la loro furia con la sua assenza e di adolcire la loro durezza con l'operazione di un miracolo, e garantendo ciò che aveva detto di se stesso; per cui si dice: *Passando vide un uomo cieco dalla nascita*. Qui bisogna osservare che uscendo dal tempio egli si accinse appositamente alla manifestazione del suo potere: egli stesso vide il cieco e non fu il cieco che si accostò a lui; e lo guardò con interesse, sicché i suoi discepoli, vedendolo guardare con interesse, lo interrogarono; segue infatti: *e i suoi discepoli lo interrogarono: Rabbi, chi ha peccato, lui o i suoi genitori, perché egli nascesse cieco?* AGOSTINO: Rabbi è il maestro. E lo chiamano maestro perché sono bramosi di apprendere; quindi hanno presentato la domanda al Signore nella sua qualità di maestro. TEOFILATTO: Questa domanda però sembra impropria; infatti gli Apostoli non condividevano le ciancie dei Gentili, secondo cui l'anima sarebbe caduta in peccato vivendo in un altro mondo; ma a chi la considera attentamente, questa domanda non appare affatto semplice. CRISOSTOMO: Essi giunsero a questa interrogazione perché in precedenza curando il paralitico Gesù aveva detto (5,14): «Eccoti guarito, non peccare più». Perciò essi, pensando che a causa del peccato avesse subito la paralisi, chiedono a proposito di quest'uomo se avesse peccato *egli stesso*, il che non significa dire che egli fosse cieco dalla nascita, oppure *i suoi genitori*; ma neppure questo era ammissibile, poiché il figlio non subisce la pena per i propri genitori.

*Sequitur «Respondit Iesus: Neque hic peccavit, neque parentes eius». AUGUSTINUS [ut supra]: Numquid vel ipse sine originali peccato natus erat, vel vivendo nihil addiderat? Habebant ergo peccatum et ipse et parentes eius, sed non ipso peccato factum est ut caecus nasceretur. Ipse autem causam dicit quare caecus sit natus, cum subdit «Sed ut manifestentur opera Dei in illo». CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Non autem ex hoc ostendit quod alii caeci facti sunt propter peccata parentum: neque enim contingit uno peccante alium puniri. Quod autem dicit «Ut manifestetur gloria Dei», de seipso dicit, non de Patre: illius enim gloria iam manifesta erat. Sed numquid iste iniuste passus est? Sed ego eum beneficium accepisse dico per caecitatem: per hanc enim interioribus respexit oculis. Qui vero ex non ente ad esse eum deduxit, potestatem habebat absque iniuria et ita eum dimittere. Dicunt autem quidam, quoniam «ut» hic non est causativum, sed significat eventum, sicut et illud (Rom. 5,20): «Lex subintravit, ut abundaret delictum»; sic et hoc consecutum est, ut Dominus oculos clausos aperiens, et alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens, suam demonstravit virtutem. GREGORIUS, *Moralium [praef., c. 5]*: Alia itaque est percussio qua peccator percutitur, ut sine retractatione puniatur; alia qua peccator percutitur ut corrigatur; alia qua quisque percutitur non ut praeterita corrigat, sed ne ventura committat; alia per quam nec praeterita culpa corrigitur, nec futura prohibetur. Sed dum inopinata salus percussione sequitur, salvantis virtus cognita ardentius amatur.*

CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Et quia de seipso dixit «Ut manifestetur gloria Dei», subiungit «Me oportet operari opera eius qui misit me»; idest me oportet manifestare meipsum, et facere ea quae manifestent me Patri eadem facientem. BEDA: Cum enim Filius se operari opera Patris asseruit, sua et Patris opera eadem esse monstravit; quae sunt infirma salvare, debilia roborare, homines illuminare. AUGUSTINUS [ut supra]: Per hoc autem quod dicit «Qui misit me», universam gloriam dat illi de quo est, quia ille habet Filium qui de illo sit; ipse non habet de quo sit. CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Addidit autem «Donec dies est», idest, donec licet credere hominibus in me, donec vita haec consistit, «oportet me operari»; et hoc ostendit subdens «Venit nox, quando nemo potest operari». Nox dicta est, secundum illud (Matth. 22,13): «Proicite eum in tenebras exteriores». Ibi ergo erit nox, ubi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Cum vivis, fac si quid facturus es: ultra enim neque fides est, neque labores, neque poenitentia.

Poi prosegue: *Rispose Gesù: Né lui ha peccato né i suoi genitori.* AGOSTINO: Forse che era nato senza il peccato originale, oppure durante la sua vita non aveva aggiunto nessun altro peccato? Indubbiamente avevano peccato sia lui sia i suoi genitori, ma non a causa del peccato avvenne che nascesse cieco. Infatti il Signore stesso indica la causa per cui nacque cieco, quando soggiunge: *è così perché si manifestino in lui le opere di Dio.* CRISOSTOMO: Con ciò non mostra che gli altri sono diventati ciechi a causa dei peccati dei loro genitori; non succede infatti che uno viene punito per i peccati degli altri. Quando poi dice: *perché si manifesti la gloria di Dio*, lo dice di se stesso e non del Padre, la cui gloria è già stata manifestata. Ma allora quest'uomo soffre ingiustamente? Ritengo che per lui la cecità sia stata un dono: infatti per mezzo di essa cominciò a guardare con gli occhi interiori. Poiché colui che lo aveva condotto dal non essere all'essere, aveva il potere di liberarlo anche così senza danno. Alcuni dicono che in questo testo *perché* non va preso in senso causale, ma indica semplicemente un fatto, come in *Rm 5,20*: «La legge subentrò perché (in modo che) sovrabbondasse il peccato»; così è anche accaduto che il Signore, aprendo gli occhi e correggendo le altre malattie corporali, abbia rivelato la sua potenza. GREGORIO: Così una è la percossa con cui il peccatore è colpito in modo tale che viene punito senza conversione; un'altra con cui il peccatore è punito per la correzione; un'altra in cui è punito non per la correzione di peccati passati, ma per prevenire i futuri; un'altra non per correggere i peccati passati né per prevenire i futuri, ma in modo che a causa dell'inattesa liberazione che accompagna la percossa, si conosca e si ami più ardentemente la bontà del Salvatore.

CRISOSTOMO: E poiché di se stesso aveva detto: *perché si manifesti la gloria di Dio*, aggiunge: *Devo compiere le opere di colui che mi ha mandato*; cioè: è necessario che io manifesti me stesso e faccia quelle stesse cose che fa il Padre mio. BEDA: Quando il Figlio dice che opera le stesse cose del Padre mostra che le opere sue e del Padre sono le stesse, e precisamente: guarire gli infermi, corroborare i deboli e illuminare gli uomini. AGOSTINO: Per il fatto poi che dice: *colui che mi ha mandato*, egli dà tutta la gloria a colui dal quale procede. Infatti il Padre ha un Figlio che è da lui, ma non ha nessuno dal quale egli stesso sia. CRISOSTOMO: Poi aggiunge: *finché è giorno*, cioè fino a quando gli uomini hanno la possibilità di credere in me, cioè fino a quando dura la vita presente, «io devo operare»; e mostra ciò aggiungendo: *viene la notte, quando nessuno può operare.* Viene chiamata notte nel senso di *Mt 22,13*: «Gettatelo fuori nelle tenebre esteriori». Dunque ci sarà notte là ove nessuno può operare, ma soltanto ricevere ciò per cui ha operato. Finché vivi, fa' quello che puoi fare; infatti dopo non ci sarà più né fede, né lavoro, né penitenza.

AUGUSTINUS [ut supra]: Si autem modo operamur, hic est dies, hic est Christus; unde subdit «Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi». Ecce ipse est dies. Dies iste qui circuitu solis impletur, paucas horas habet; dies praesentiae Christi usque in consummationem saeculi extendetur: ipse enim dixit (Matth. 28,20): «Ecce, ego vobiscum sum usque in consummationem saeculi».

CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 55 et 56]: Quia vero sermonem quem dixerat, per opera credi fecit, subiungit Evangelista «Haec cum dixisset, exruit in terram, et fecit lutum ex sputo, et linivit lutum super oculos caeci». Qui autem maiores substantias de nihilo ad esse perduxit, multo magis oculos sine materia fecisset; sed voluit docere seipsum esse creatorem, qui in principio usus est luto ad hominis formationem. Ideo autem non aqua utitur ad lutum faciendum, sed sputo, ut nihil ascribatur fonti; sed discas quoniam virtus oris oculos aperuit et plasmavit: et deinde ut non videatur eis ex virtute terrae esse curatio, iussit lavari; unde sequitur «Et dixit ei: Vade, et lava ad natatoria Siloe, quod interpretatur missus»: ut discas quoniam non indigeo luto ad faciendos oculos. Et quia in Siloe erat virtus Christi, quae omnia operabatur, propter hoc et interpretationem nobis Evangelista adiecit, dicens «Quod interpretatur missus»: ut discas quoniam et illic Christus eum curavit. Sicut enim Apostolus dicit (1 Cor. 10,4) quod «petra erat Christus», ita et Siloe spiritualis erat, cuius repentinus aquae defluxus occulte insinuat nobis Christi manifestationem praeter omnem spem. Sed quare non statim eum fecit lavari, sed ad Siloe misit? Ut destruat Iudaeorum indevotio: conveniens enim erat omnes eum videre euntem, et lutum super oculos habentem. Et etiam volens ostendere quoniam non alienus est a lege et veteri testamento, mittit eum ad Siloe. Non autem erat timendum ne Siloe sumeret hanc gloriam: multi enim lavantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti. Et iterum ut discas caeci fidem, qui non contradixit, neque cogitavit apud seipsum: lutum solet magis excaecare: multoties lavi in Siloe, et in nullo sum adiutus: si quam virtutem haberet, praesens utique curasset. Sed simpliciter obedivit; unde sequitur «Abiit ergo, et lavit, et venit videns». Sic igitur manifestavit suam gloriam: non enim parva gloria est ut aestimetur auctor creationis: ea enim quae de maiori est fides, quod minus est certificat. In universa autem creatione honorabilior est homo, eorum autem quae in nobis sunt membrorum honorabilior est oculus: hic enim corpus gubernat, hic ornat visum; et quod sol est in orbe terrarum, hoc est oculus in corpore:

AGOSTINO: Ma se operiamo adesso, questo è il giorno, questi è il Cristo; perciò soggiunge: *Finché sono nel mondo, sono la luce del mondo.* Ecco, lui stesso è il giorno. Il giorno che si compie nel giro del sole ha poche ore, mentre il giorno della presenza di Cristo si estende fino al compimento di questo mondo; infatti egli stesso ha detto (Mt 28,20): «Ecco, io sono con voi tutti i giorni, fino alla fine del mondo».

CRISOSTOMO: Ora, poiché egli rende credibili le sue parole con le opere, l'Evangelista aggiunge: *Detto questo sputò per terra, fece del fango con la saliva e spalmò il fango sugli occhi del cieco.* Ora, colui che trasse dal nulla all'essere le sostanze più grandi, molto più avrebbe fatto gli occhi senza la materia; ma volle insegnarci che egli stesso era il creatore che in principio adoperò il fango per la creazione dell'uomo. Però non si serve dell'acqua per produrre il fango, ma della saliva, perché nulla venga attribuito alla sorgente, e tu apprenda che con la potenza della bocca aprì gli occhi e li plasmò; poi, affinché non sembrasse che la cura era dovuta alla potenza della terra, gli comandò di andarsi a lavare; onde segue: *e gli disse: Va' a lavarti nella piscina di Siloe, che significa Inviato;* perché tu impari che non ho bisogno del fango per fare gli occhi. E poiché in Siloe c'era la potenza stessa di Cristo che operava ogni cosa, perciò l'Evangelista aggiunge per noi anche l'interpretazione dicendo: *che significa Inviato;* perché tu impari che anche lì era la potenza di Cristo che curava. Infatti, come l'Apostolo (1 Cor 10,4) dice che «la pietra era Cristo», così Siloe aveva un significato spirituale; e il suo repentino flusso dell'acqua suggerisce in modo occulto la manifestazione di Cristo al di là di ogni speranza. Ma perché non gli ordinò di andarsi subito a lavare, ma di recarsi alla piscina di Siloe? Per superare l'ostinazione dei Giudei: infatti era opportuno che tutti lo vedessero andare recando il fango sugli occhi. Egli voleva inoltre mostrare che non era contrario alla Legge e all'Antico Testamento; perciò lo invia a Siloe. D'altronde non c'era da temere che Siloe si prendesse la gloria; infatti molti vi si lavavano gli occhi senza ricavare alcun beneficio. E inoltre perché tu apprenda la fede del cieco, il quale non si oppone e non pensò tra sé: il fango di solito acceca; inoltre mi sono lavato molte volte nella piscina di Siloe senza trarne alcun giovamento, e d'altra parte il Signore ha il potere di curare con la sua sola presenza. Ma semplicemente obbedì; perciò prosegue: *Quegli andò, si lavò e tornò che ci vedeva.* Così dunque manifestò la sua gloria; infatti non era piccola gloria provare di essere il creatore del mondo, come egli dimostrava di essere con questo miracolo. Infatti ciò che è minore certifica la fede in ciò che è maggiore. Ora, in tutta la creazione l'essere più degno di onore è l'uomo, e tra le nostre membra la più degna di onore è l'occhio; infatti esso governa il corpo, adorna il viso e ciò che è il sole per la terra è l'occhio per il corpo: perciò tiene il luogo

*unde superiorem locum sortitur, sicut in quodam regali loco collocatus. THEOPHYLACTUS: Quidam tamen dicunt quod lutum non fuit depositum, sed in oculos est conversum. BEDA: Mystice autem postquam expulsus est de cordibus Iudaeorum, mox transivit ad gentilium populum. Praeterire autem eius, vel iter facere, est de caelis in terram descendere. Itaque videt caecum, cum misericorditer respexit genus humanum. AUGUSTINUS: Genus enim humanum est iste caecus: haec enim caecitas contigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus: caecus est ergo a nativitate. Sicut Dominus in terram, de saliva sua lutum fecit, quia «Verbum caro factum est» (1,14), et inunxit oculos caeci. Inunctus erat et nondum videbat: quando enim inunxit, forte eum catechumenum fecit. Mittit illum ad piscinam, quae vocatur Siloe, quia baptizatus est in Christo, et tunc eum illuminavit. Pertinuit autem ad Evangelistam ut commendaret nobis nomen huius piscinae; et ait «Quod interpretatur missus»: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. GREGORIUS, *Moralium* [8,21]: Vel aliter. Per salivam sapor intimae contemplationis accipitur, quae ad os a capite defluit, quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu revelationis tangit; unde Dominus salivam luto miscuit, et caeci nati oculos reparavit, quia superna gratia carnalem cognitionem nostram per admixtionem suae contemplationis irradiat, et ab originali caecitate hominem ad intellectum reformat.*

più alto come se venisse collocato in un posto regale. TEOFILATTO: Alcuni però pensano che il fango non fu posto sull'occhio, ma fu cambiato nell'occhio stesso. BEDA: Ora, in senso mistico, dopo essere stato espulso dai cuori dei Giudei, il Cristo passò immediatamente al popolo dei Gentili. Ma il suo passare oppure il suo percorrere una strada è discendere dal cielo sulla terra. Così egli vede il cieco quando guarda con misericordia il genere umano. AGOSTINO: Questo cieco è il genere umano: e questa cecità colpì con il peccato il primo uomo, dal quale tutti abbiamo tratto la nostra origine: perciò uno è cieco sin dalla nascita. Il Signore ha sputato per terra e con la sua saliva ha fatto del fango, perché «Il Verbo si è fatto carne» (1,14) e ha unto gli occhi del cieco. Era stato unto e ancora non vedeva: forse quando lo unse fece di lui un catecumeno. Lo invia alla piscina che è detta di Siloe, perché fu battezzato in Cristo, e allora lo illuminò. Ora, spettava all'Evangelista di chiarirci il significato del nome di questa piscina; quindi dice: *che significa Inviato*; infatti, se egli non fosse stato inviato, nessuno di noi sarebbe stato liberato dal peccato. GREGORIO: Oppure diversamente. Con la saliva si riceve il sapore della contemplazione interiore che discende dalla testa alla bocca, perché dallo splendore del Creatore quando siamo ancora posti nella vita presente ci tocca con il gusto della rivelazione; perciò il Signore ha mescolato la saliva con il fango e ha guarito gli occhi del cieco nato, poiché con la grazia soprannaturale irradia la nostra conoscenza carnale con la mescolanza della sua contemplazione, e a partire dalla cecità originale rinnova l'intelletto dell'uomo.

VERSUS 8-17

⁸Itaque vicini, et qui videbant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est. ⁹Alii autem: Nequaquam, sed similis est eius. Ille vero dicebat: Quia ego sum. ¹⁰Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? ¹¹Respondit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit et unxit oculos meos et dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë et lava. Et abii et lavi et video. ¹²Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. ¹³Adducunt eum ad phariseos qui caecus fuerat. ¹⁴Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus et aperuit oculos eius. ¹⁵Iterum ergo interrogabant eum pharisaei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, et lavi et video. ¹⁶Dicebant ergo ex pharisaeis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere? Et schisma erat inter eos. ¹⁷Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit quia propheta est.

CHRYSOSTOMUS, *In Ioannem* [hom. 56]: *Inopinabilitas facti miraculi incredulitatem inducebat, et ideo dicitur «Itaque vicini, et qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat et mendicabat?». Mirabilis Dei clementia quo descendebat? Eos qui mendicabant, cum multa devotione curabat, et hinc Iudaeorum os obstruens, quoniam non praeclaros, non insignes, neque principes, sed ignobiles sua dignos ducebat providentia: etenim in salutem omnium venerat.*

Sequitur «Alii dicebant, quia hic est». Caeco enim per longam viam eunte diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod viderant, non ultra poterant dicere: Non est hic.

Sequitur «Alii autem: Nequaquam, sed similis eius est». AUGUSTINUS, In Ioannem [tract. 44]: Aperti enim oculi vultum mutaverunt.

Sequitur «Ille autem dicebat: Quia ego sum». Vox grata, ne damnatur ingrata. CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Non enim verecundatus est de priori caecitate, neque formidavit furorem plebis, neque renuit ostendere seipsum, ut praedicet benefactorem.

VERSETTI 8-17

⁸Allora i vicini e coloro che lo avevano visto prima, poiché era un mendicante, dicevano: «Non è costui quello che stava seduto a chiedere l'elemosina?». ⁹Alcuni dicevano: «Sì, è lui». Altri invece: «No, ma gli assomiglia». Ed egli diceva: «Sono io!». ¹⁰Allora gli chiesero: «Come dunque ti furono aperti gli occhi?». ¹¹Egli rispose: «Quell'uomo che si chiama Gesù ha fatto del fango, mi ha spalato gli occhi e mi ha detto: Va' a Siloè e lavati! Io sono andato, mi sono lavato e ci vedo». ¹²Gli dissero: «Dov'è questo tale?». Rispose: «Non lo so». ¹³Allora condussero dai farisei quello che era stato cieco. ¹⁴Era infatti sabato il giorno in cui Gesù aveva fatto il fango e gli aveva aperto gli occhi. ¹⁵Anche i farisei dunque gli chiesero di nuovo come avesse acquistato la vista. Ed egli rispose loro: «Mi ha posto del fango sopra gli occhi, mi sono lavato e ci vedo». ¹⁶Allora alcuni dei farisei dicevano: «Quest'uomo non viene da Dio, perché non osserva il sabato». Altri dicevano: «Come può un peccatore compiere tali prodigi?». E c'era dissenso tra loro. ¹⁷Allora dissero di nuovo al cieco: «Tu che dici di lui dal momento che ti ha aperto gli occhi?». Egli rispose: «È un profeta».

CRISOSTOMO: La sorpresa dell'inatteso miracolo suscitava l'incredulità, e perciò si dice: *Allora i vicini e coloro che lo avevano visto prima, poiché era un mendicante, dicevano: Non è egli quello che stava seduto a chiedere l'elemosina? L'ammirabile clemenza di Dio fino a dove si abbassava? Essa curava con grande amore coloro che mendicavano, e così tappava la bocca dei Giudei, poiché non gli uomini illustri, né quelli insigni, né i principi, ma la gente spregevole faceva oggetto della sua provvidenza: infatti era venuto per la salvezza di tutti.*

Poi segue: *Alcuni dicevano: Sì, è lui.* Coloro che avevano guardato diligentemente il cieco percorrere la lunga via, dall'indiscutibilità di ciò che avevano visto non potevano dire: Non è lui.

Segue: *Altri invece: No, ma gli assomiglia.* AGOSTINO: Infatti l'apertura degli occhi gli aveva cambiato il volto.

Continua: *Ed egli diceva: Sono io.* Parla con gratitudine, per non essere accusato di ingratitudine. CRISOSTOMO: Infatti non si vergognava per la sua precedente cecità, né temeva il furore della plebe, né rifiutò di mostrare se stesso, ma proclamò il suo benefattore.

Sequitur «Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt oculi tui?». Hunc modum neque nos scimus, neque ipse qui curatus est novit»; sed quod quidem factum est, noverat, modum autem comprehendere non poterat; unde sequitur «Respondit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, et linivit oculos meos». Vide quomodo verax est. Non dixit unde fecit: quod enim non noverat, non dicit: Neque enim scivit quoniam in terra expuit. Quoniam autem superunxit, per sensum tactus didicit.

Sequitur «Et dixit: Vade ad natatoria Siloe, et lava». Et hoc etiam ex auditu testatus est: recognovit enim eius vocem ex disputatione cum discipulis. Et quia ad unum se praeparaverat, scilicet omnia sibi suaderi a iubente, subiungit «Et abii et lavi et vidi». AUGUSTINUS [ut supra]: Ecce annuntiator factus est gratiae, ecce evangelizat et confitetur Iudaeis. Caecus ille confitebatur, et cor impiorum stringebatur, quia non habebant in corde quod iam ille habebat in facie; unde sequitur «Et dixerunt: Ubi est ille?». CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Dicebant autem hoc, occisionem meditantibus; iam enim adversus ipsum conspiraverant. Christus autem non aderat his qui curabantur; non enim quaerebat gloriam, neque se ostentare. Recedebat etiam semper curans Iesus, ut omnis suspicio tolleretur signorum. Qui enim non cognoscebant eum, qualiter ob gratiam eius se curatos confiterentur? Unde sequitur: «Ait: Nescio». AUGUSTINUS [ut supra]: In his verbis inuncto similis erat, nondum videnti: praedicat, et nescit quid praedicat. BEDA: Unde figuram tenet catechumenorum, qui etsi credunt in Iesum, adhuc tamen eum quasi nesciunt, quia nondum loti existunt. Pharisaeorum autem erat approbare opus vel improbare. CHRYSOSTOMUS [ut supra]: Iudaei igitur quaerentes «Ubi est ille?» volebant eum invenire ut eum ducerent ad eos; quia vero non habuerunt eum, ducunt caecum; unde sequitur «Adducunt eum ad Pharisaeos qui caecus fuerat», ut scilicet vehementius eum interrogarent. Propterea autem et Evangelista subdit «Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, et aperuit oculos eius»: ut scilicet eorum malam mentem demonstraret, et causam propter quam eum quaerebant; ut scilicet occasionem contra eum invenirent, et ut detraherent miraculo per aestimatam legis praevaricationem: quod etiam manifestum est ex his quae sequuntur; sequitur enim «Iterum ergo interrogabant eum Phariseaei quomodo vidisset». Vide autem qualiter non turbatur caecus: nam quandoquidem turbis dicebat sine periculo interrogatus, non ita magnum erat veritatem dicere; mirabile autem est nunc, quod in ampliori periculo

Continua: *Allora gli chiesero: Come dunque ti furono aperti gli occhi?* Infatti né noi conosciamo né il risanato conosceva il modo; egli conosceva ciò che era stato fatto; ma non poteva comprenderne il modo; perciò segue: *Egli rispose: Quell'uomo che si chiama Gesù ha fatto del fango e mi ha spalmato gli occhi.* Vedi come egli è veritiero. Non dice da dove ha operato; ciò che non sa non lo dice: infatti non sapeva perché aveva sputato per terra. Invece che era stato spalmato lo aveva imparato con il senso del tatto.

Poi prosegue: *e mi ha detto: Va' a Siloe e lavati.* Anche questo gli era stato confermato dall'udito: infatti aveva riconosciuto la sua voce dalla disputa con i discepoli. E poiché egli si era preparato a fare una sola cosa, cioè a compiere tutto ciò che gli veniva comandato, aggiunge: *Io sono andato, mi sono lavato e ci vedo.* AGOSTINO: Ecco, egli è diventato l'annunciatore della grazia, ecco che evangelizza e testimonia ai Giudei; quel cieco testimonia e il cuore dei perversi si restringe, perché essi non avevano nel cuore ciò che il cieco aveva sul volto; perciò segue: *Gli dissero: Dov'è questo tale?* CRISOSTOMO: Ma dicevano questo meditando di ucciderlo: infatti cospiravano già contro di lui. Cristo però non appariva assieme a coloro che guariva; infatti non cercava la gloria, e neppure di mettersi in mostra. Egli si ritirava dopo avere operato le guarigioni, per togliere ogni sospetto riguardo ai suoi miracoli. Infatti coloro che non lo conoscevano, come avrebbero potuto confessare che erano stati guariti per causa sua? Perciò continua: *Rispose: Non lo so.* AGOSTINO: In queste parole egli è simile a uno che è stato unto, ma ancora non vede; predica ma non sa che cosa predica. BEDA: Egli ha quasi la figura dei catecumeni, i quali, sebbene credano in Gesù, tuttavia ancora non lo conoscono, perché non sono ancora stati lavati. Mentre toccava ai Farisei approvare o disapprovare il miracolo. CRISOSTOMO: Perciò i Giudei chiedevano: *Dov'è questo tale?* per condurlo dai Farisei; ma poiché non lo trovarono, condussero loro il cieco. Perciò prosegue: *Allora condussero dai Farisei quello che era stato cieco,* perché lo interrogassero con maggior vigore. Per questo anche l'Evangelista soggiunge: *Era infatti sabato, il giorno in cui Gesù aveva fatto il fango e gli aveva aperto gli occhi;* cioè per mostrare la loro mala fede e la ragione per cui essi lo cercavano; e ciò per scoprire contro di lui un'occasione di accusa, e denigrare il miracolo con la supposta violazione della Legge; il che è chiaro anche da ciò che segue; infatti continua: *Anche i Farisei dunque gli chiesero di nuovo come avesse acquistato la vista.* Ma vedi come il cieco non si turba; infatti per lui non era gran cosa dire la verità quando senza pericolo parlava alla folla; invece è una cosa sorprendente che ora che si trova esposto a maggior pe-

constitutus, neque negat, neque contraria dicit prioribus; sequitur enim «Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos meos, et lavi, et video». Hoc autem ad eos qui iam audierant succinctius loquitur: non enim dixit nomen dicentis, neque quoniam dixit mihi «Vade et lava»; sed confestim «Lutum mihi posuit super oculos, et lavi, et video»; et sic contrarium passi sunt eius quod volebant: duxerunt enim eum ut negaturum, sed ab eo certius didicerunt.

Sequitur «Dicebant ergo ex Pharisaeis». AUGUSTINUS [ut supra]: Non omnes, sed quidam: iam enim inungebantur quidam. Dicebant ergo nec videntes nec inuncti «Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit». Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat: sabbatum enim observare spiritualiter, est non habere peccatum; et hoc admonet Deus quando commendat sabbatum (Ex. 20,10): «Omne opus servile non facietis». Quid sit opus servile a Domino audite (8,34): «Omnis qui facit peccatum servus est peccati». Sed isti sabbatum carnaliter observabant, spiritualiter violabant. CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 56]: Malitiose autem quod factum est silentes, aestimatum praevaricationem in medium ferebant: non enim dicebant quoniam sabbato curat, sed «quoniam sabbatum non servat».

Sequitur «Alii dicebant: Quomodo potest homo peccator haec signa facere?». A signis enim inducebantur, sed imbecilliter erant dispositi: congruum enim erat ostendere qualiter sabbatum non solvitur; sed nondum hanc habebant mentem quod Deus esset, ut possent respondere quoniam Dominus sabbati haec fecit. Nullus denique eorum audebat ea quae volebat, manifeste dicere, sed in ambiguitate: hi quidem propter improbabilitatem, alii vero propter amorem principatus.

Sequitur «Et schisma erat inter eos». AUGUSTINUS [ut supra]: Dies enim erat Christus, qui inter lucem et tenebras dividit. CHRYSOSTOMUS, In Ioannem [hom. 57]: Volentes autem qui dixerant «Homo peccator non potest talia signa facere», os aliorum obstruere, eum qui suscepit virtutis experientiam, in medium ducunt, ut non videantur ipsi advocacy uti; unde sequitur «Dicunt ergo caeco iterum: Tu quid dicis de illo qui aperuit tibi oculos?». THEOPHYLACTUS: Vide quomodo benevole quaerunt: non enim dixerunt: Tu quid dicis de illo qui sabbatum non observat? Sed miraculum commemorant: «Quomodo aperuit tibi oculos?» pene ipsum sanatum concitantes; quasi dicerent: Benefecit tibi, unde debes eum praedicare. AUGUSTINUS [ut supra]: Vel quaerebant quemadmodum hominem calumniarentur, ut eum ex synagoga eicerent. Sed ille constanter quod sentiebat expressit; unde

ricolo non nega né dice il contrario di prima; infatti segue: *Egli rispose loro: Mi ha posto del fango sopra gli occhi, mi sono lavato e ci vedo.* Ora egli parla più succintamente a coloro che l'avevano già ascoltato; infatti non dice il nome di chi gli ha parlato e neppure che gli ha detto: *Va' a lavarti*, ma senza indugio dice: *Mi ha posto del fango sopra gli occhi, mi sono lavato e ci vedo*; e così essi hanno avuto il contrario di ciò che volevano: l'avevano condotto perché lo rinnegasse e invece trovano una conferma più certa di quanto avvenuto.

Poi segue: *Allora alcuni dei Farisei dicevano.* AGOSTINO: Non tutti ma alcuni: infatti alcuni erano stati unti. Mentre coloro che non avevano visto né erano stati unti, dicevano: *Quest'uomo non viene da Dio, perché non osserva il sabato.* Ma era piuttosto lui che lo osservava, essendo senza peccato; infatti osservare spiritualmente il sabato è non avere peccati: ed è quello che raccomanda Dio quando ordina il sabato (Es 20,10): «Non fate nessun'opera servile». E che cosa sia un'opera servile ascoltatelo direttamente da Dio (8,34): «Chi commette il peccato è schiavo del peccato». Ora, costoro osservavano il sabato carnalmente, ma spiritualmente lo violavano. CRISOSTOMO: Così, passando sotto silenzio maliziosamente ciò che era stato fatto, tirano in ballo la supposta prevaricazione; infatti non dicono che guarisce di sabato, ma che non osserva il sabato.

Poi continua: *Altri dicevano: Come può un peccatore compiere tali prodigi?* Infatti erano provocati dai segni, ma erano maldisposti: infatti sarebbe stato opportuno mostrare quale sabato non veniva osservato; essi non avevano alcuna idea che egli fosse Dio e perciò non potevano rispondere che era il Signore stesso del sabato che aveva operato il miracolo. Infatti nessuno di loro osava dire ciò che voleva apertamente, ma soltanto ambiguamente: alcuni perché consideravano il fatto improbabile, altri per amore della carica.

Continua: *E c'era dissenso tra loro.* AGOSTINO: Il giorno infatti era Cristo, che divide le tenebre dalla luce. CRISOSTOMO: Quelli che avevano detto: *Un peccatore non può compiere tali prodigi*, per chiudere la bocca agli altri conducono nel mezzo colui che aveva fatto l'esperienza del miracolo, ma senza mostrare di voler condividere la sua causa; perciò continua: *Allora dissero di nuovo al cieco: Tu che dici di lui, dal momento che ti ha aperto gli occhi?* TEOFILATTO: Vedi come lo interrogano benevolmente: infatti non gli dicono: tu che cosa dici di colui che non osserva il sabato?, ma ricordano il miracolo: *Come ti ha aperto gli occhi?*, spronando il guarito come se gli dicesero: ti ha beneficiato, perciò dovresti diventare il suo predicatore. AGOSTINO: Oppure cercavano come accusare l'uomo per cacciarlo dalla sinagoga. Ma egli continuava a dire ciò che sentiva; perciò con-

sequitur «Ille autem dixit, quia Propheta est». Adhuc quidem inunctus in corde, nondum Dei Filium confitebatur; non mentitur tamen: Ipse enim Dominus de seipso ait (Luc. 4,24): «Non est Propheta sine honore nisi in patria sua».

VERSUS 18-23

¹⁸Non crediderunt ergo Iudaei de illo quia caecus fuisset et vidisset, donec vocaverunt parentes eius, qui viderat, ¹⁹et interrogaverunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? ²⁰Responderunt eis parentes eius et dixerunt: Scimus quia hic est filius noster et quia caecus natus est. ²¹Quomodo autem nunc videat nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: aetatem habet, ipse de se loquatur. ²²Haec dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudaeos; iam enim conspiraverant Iudaei, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. ²³Propterea parentes eius dixerunt: Quia aetatem habet, ipsum interrogate.

